

## Versioni di riepilogo

Si propongono qui di seguito alcuni temi graduati di versione dal latino all'italiano per il ripasso della sintassi latina.

Prima di tradurre leggi il brano e risolvi i quesiti.

### Pandora

- 1- Quali particolarità morfologiche ha il sostantivo **filius**?
- 2- **Finxit** e **dederunt** sono due *perfecti*, svolgi l'analisi grammaticale, evidenziane le differenze morfologiche ed esponi tutto ciò che ricordi sulla formazione del *perfecto*.
- 3- Quale complemento è espresso dal sintagma **ob id**?
- 4- Quale costruzione sintattica è resa da **quae mortalis dicitur prima esse creata**?

Prometheus Iapeti **filius** primus homines ex luto **finxit**. Postea Vulcanus Iovis iussu ex luto mulieris effigiem fecit, cui Minerva animam dedit, ceterique dii alius aliud donum **dederunt**; **ob id** Pandoram nominarunt. Ea data in coniugium Epimetheo fratri; inde nata est Pyrrha, **quae mortalis dicitur prima esse creata**.

(Iginio, Fabulae)

## Deucalion et Pyrrha

- 1-Quale complemento è espresso dal sintagma **in montem Aetnam**?
- 2-Che tipo di proposizione è **ut aut homines daret aut eos pari calamitate afficeret**?
- 3-Quale complemento è espresso dal sintagma **propter solitudinem**?
- 4-Che tipo di proposizione è introdotta da **iussit**?

Cataclysmus, quod nos diluvium dicimus, cum factum est, omne genus humanum interiit praeter Deucalionem et Pyrrham, qui **in montem Aetnam**, qui altissimus in Sicilia esse dicitur, fugerunt. Hi **propter solitudinem** cum vivere non possent, petierunt ab Iove, **ut aut homines daret aut eos pari calamitate afficeret**. Tum Iovis **iussit** eos lapides post se iactare; quos Deucalion iactavit, viros esse iussit, quos Pyrrha, mulieres. Ob eam rem laos dictus, laas enim Graece lapis dicitur.

(Iginio, Fabulae)

## Triptolemus

- 1- Che tipo di costrutto è **cum quereret**?
- 2- Quale complemento è espresso dal sintagma **Triptolemo alimno suo**?
- 3- Quale complemento è espresso dal sostantivo **domum**? Esponi le particolarità del sostantivo *domus* e poi illustra in quali altri modi può essere espresso lo stesso complemento.
- 4- Che tipo di costrutto è **re cognita**?

**Cum** Ceres Proserpinam filiam suam **quaereret**, devenit ad Eleusinum regem, cuius uxor Cothonea puerum Triptolemum pepererat, seque nutricem lactantem simulavit. Hanc regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres cum vellet alumnum suum immortalem reddere, interdum lacte divino alebat, noctu clam in igne obruebat. Itaque praeterquam solebant mortales crescebat; et sic fieri cum mirarentur parentes, eam observaverunt. Cum Ceres eum vellet in ignem mittere, pater expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit, at **Triptolemo alumno suo** aeternum beneficium tribuit. Nam fruges propagatum currum draconibus iunctum tradidit, quibus vehens orbem terrarum frugibus obsevit. Postquam **domum** rediit, Celeus eum pro benefacto interfici iussit. Sed **re cognita** iussu Cereris Triptolemo regnum dedit, quod ex patris

nomine Eleusinum nominavit, Cererique sacrum instituit, quae Thesmophoria Graece dicuntur.

(Iginio, Fabulae)

## MILTIADES

- 1- Che tipo di proposizione è introdotta da **ut** in questo contesto? Quali altri tipi di proposizione in latino sono introdotte da *ut*?
- 2- Quale complemento è espresso dai tre ablativi **antiquitate**, **gloria** e **sua modestia**?
- 3- Che costrutto è **erat dimicandum**?
- 4- Che tipo di proposizione è **id se facturos**?

Miltiades, Cimonis filius, Atheniensis, cum et **antiquitate** generis et **gloria** maiorum et **sua modestia** unus omnium maxime floreret eaque esset aetate, **ut** non iam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui talem eum futurum, qualem cognitum iudicarunt, accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere.

Cuius generis cum magnus numerus esset et multi eius demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, [qui consulerent Apollinem,] quo potissimum duce uterentur. Namque tum Thraeces eas regiones

tenebant, cum quibus armis **erat dimicandum**.

His consulentibus nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadem imperatorem sibi sumerent: id si fecissent, incepta prospera futura.

Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus cum accessisset Lemnum et incolas eius insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque Lemnii sua sponte facerent, postulasset, illi irridentes responderunt tum **id se facturos**, cum ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus ab septentrionibus oriens adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus non habens cursum direxit, e quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

(Cornelio Nepote, De viris illustribus, Miltiades Caput 1, § 1-6)

## Orgetorìge

- 1- Quale figura retorica è presente in **nobilissimus fuit et ditissimus**?
- 2- Che tipo di proposizione è **ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent**?
- 3- Quale figura retorica è utilizzata in **una ex parte**?
- 4- Quali complementi sono espressi dai sintagmi **pro moltitudine e pro gloria**?

Apud Helvetios longe **nobilissimus fuit et ditissimus** Orgetorix. Is M. Messala, [et P.] M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit **ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent**: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci

natura Helvetii continentur: **una ex parte** flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit.

His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiebantur.

**Pro multitudine** autem hominum et **pro gloria** belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.